

Q. F. F. Q. F. S. N.

LINGVARUM  
EBRÆÆ ET FIN-  
NICÆ

CONVENIENTIA,

Approbante Ampliſſ: FAC. PHILOS.  
Aboëniſi,

&

MODERANTE

*Viro Adm. Reverendo & Præcellentiffimo,*

DN. M. DAVID LUUDI

L. Orientalium hæctenus, jam verò

Designato S. S. Theol. Prof. Ord.

DISSERTATIONE GRADUALI

propoſita

*& examini publico modeſtè ſubmiſſa*

ab

ERICO CAJANO, ERIC. FIL.

Oſt - Bothn.

*In Audit. Maximo ad d. 13. Novembris,*

A. M. DG. XCVII.

---

Impr. apud 70, WALLIUM.

*theſis*

NOVEMBER 1861

NOVEMBER

NOVEMBER

NOVEMBER

NOVEMBER

NOVEMBER

NOVEMBER

NOVEMBER

NOVEMBER

NOVEMBER

NOVEMBER

NOVEMBER

NOVEMBER

NOVEMBER

NOVEMBER

NOVEMBER



## LECTOR CANDIDE,

**I**N admirationem te rapi, non est dubium, cum cogitationes haece meas super convenientiâ Linguarum Ebraeae ac Finnicae luci datas conspicaris. Equidem miror & ipse, aliquid quod hac in re tentare ausus sum. Et haec mea quidem admiratio facile in tremorem verteretur, nisi scirem quemvis Lectorem Candidum eò lubentius his paucis contentum esse, quò certius nullum, cujus vestigiis insistere licuerit, mihi adesse novit. Quod verò brevi hac dissertatione finnica haec meletemata elegerim exponenda, haec est causa, ut scilicet alios, quibus occasio commodior, ingenique vires sunt acutiores, ad ruffanda ea excitarem, quae faciunt ad illustrationem rerum finnicarum, utpote alto, proh dolor, haëctenus transmis-

a.

*sarum silentio. Neque enim vel eâ in re  
 collocata industria quemquam pœnitebit, cum  
 certum sit, cordatum quemlibet, labores ejus-  
 modi avidè expectaturum, animoque gra-  
 tulabundo excepturum. Cæteroquin majo-  
 rem fortiolemque argumentorum esse pha-  
 langem, quibus harum convenientia LL. pro-  
 bari potest, quam quorum agmen hæc ducunt  
 pagellæ, benignè sentiens quisque ac censens Le-  
 ctor hæc sibi persvadebit, si modò perpende-  
 rit, cum multum temporis acutaque instrumen-  
 ta requirantur ad effringendam glaciem ante  
 non fractam, omnia non potuisse uno negotio  
 vel conquiri vel produci. Sed nec ingratam  
 Tibi L. B. rebar fore Etymologiam nominis  
 finnici, Expendet ergo eam hoc*

## MEMBRUM PRIUS.

**I**n originem nominis, quò Septentrionis hunc  
 angulum incolentes insigniuntur, inquisi-  
 tuto, hoc primum menti obversabitur,  
 Utrum sc. Finnones vel Fennones s. Fenni,  
 dicendi sint, ob parvam enim illam diver-  
 sitatem, diversa videtur eruenda originatio  
 Proinde cum utrumque vocabulum usitatum  
 etiam



etiamfi non æquè conveniens fit, utriusque  
 haud tædet exposuisse rationem. Et quoniam  
 Lingva Finnica, Ebrææ, ut inferius dicitur,  
 valde videtur cognata; ideo originem vo-  
 cis *Finno* à radice aliqua Ebræâ repetere non  
 conveniens erit minus, quam jucundum.  
 Occurrit a. inibi à rad. פנה *vox* פנה, Le-  
 xicographis notantibus *angulum* designans.  
 Quæ significatio quin conveniat congruatque  
 dubium non est, locus quippe hic in septen-  
 trione situs, Anguli refert figuram, pro-  
 ut mappas Geographicas inspicienti appa-  
 ret. Quantumvis autem insignis hæc est de-  
 rivatio, dantur tamen & aliæ eximiæ at-  
 que concinnæ, utpote; quæ Svecicis vin-  
 dicantur initiis. Præterquam enim quod  
 ea non absurda est, quæ ad vocem *finna*  
*invenire* reducitur, videlicet quandoquidem  
 inventus est locus non inelegans, etiam illa  
 veritati se præstat congruam, quæ *Sjintland*  
 dicit, tanquam *Sjendeland* ingentes cum  
 fuisse inimicitias Finnones inter atque Sve-  
 cos constat. Nec à vero abludit, quod qui-  
 dam hanc regionem *Sjintland* dictam volunt,  
 cum pratis campisque planis multis in locis  
 superbiat, paucis vero montibus conspi-  
 cua sit.

Brevitas, cui studendum, simplex hoc super derivatione vocis *finn*: extorsit meletema. Unde verò suam trahat originem *Fennus*, jam dispiciendum. Hac quidem operâ supersedere potuissem, siquidem, ceu supra dictum, vocabulum id *Fenni* non tam est rectum quam *svetum*, veroque semper habitum similis, ut non *fenno* sed *finno* scriberetur; interim ut pateat, quare nonnulli *Fennos* & scripserint & dixerint, lubet paucissimis hujus rei enucleationi inhaerere. Factum a. id ad sententiam atque opinionem Magni Wexionii, qui Taciti hac in re est imitator. Putatis, à fluvio Tanai, *Wana Elsi* cui adjacentes *Wanaheim* Gothice appellati sunt, *Vandalos* s. *Vendos* *Wäner* dictos: Hincque cum *Finnonos* loca trans *Tanaim* peragrassè putentur, ab eadem voce *Wäner* eos nomen *Fennorum* sortitos esse. Ulterius illustrat hanc sententiam eo, quod *Carelii* se invicem adhuc *Wenno* salutant, quodque *Moschovia*, quam olim obtinere *Finnonos*, et jamnum *Wenndia* appellatur: Concluditque Tacitum illis auditis vocibus, latino sermone atque terminatione *Fennos* expressisse.

Cum de origine nominis *Finnici* ago, nec planè omittendum existimo ipsum nomen, quo *Finnonos* *Finnicâ* veniunt lingvâ. Appellatur  
autem

autem regio *Suomi*/ indeque incolæ *Suomalaifet* audiunt. Harum vocum multi Finnicas solent producere radices, dicendo eas suum habere ortum *vel à Suomu squamam* significante, quod squamigerorum, heic non exigua copia capiatur piscium, *vel à Suo Maa terra palustri*, paludibus quia non paucis abundat. Quas originationes etsi non improbo, interim adhuc una est, quam cæteris præferendam arbitror. Est autem & illa Finnica, atque à ( *hywân* ) *suominen* accersitur; Sunt namque hic homines ( quamvis nunc *res angusta domi* ipsos degenerare faciat ) benevoli benignique, largientes sæpius cule sine precio, viatoribus præcipue aliisque quos asperam vident vivere vitam.

MEMBRUM POSTERIUS.

*Convenientiam Lingu. Ebrae & finnicæ probans.*

Quemadmodum necessum non erat, ut in Confusione linguarum omnes voces mutarentur, ita multas voces diversarum linguarum inter se convenire clarum est. Probat id, ut alia omittam, lingua Finnica, quæ Ebraeam eximiâ attingit cognatione: sicut enim in Lingu. Finnica quædam voces ex Græ-



Græcis generatæ videntur vocabulis: z. g. *πάστορ* Pastor *Παίμεν* / *ἐρημος* desertum *εἴρη* ma etc. perinde etiam dantur plurima siue vocabula siue argumenta, eaque non straminea convenientiam Finnicæ cum Ebr. lingvâ probantia. Quid enim? nonne ratam hanc reddunt convenientiam multæ voces Ebrææ Finnicis originem præbentes vocibus? nonne conjugationum significationis quoque convenientia idem plane facit? nonne plurima alia insuper argumenta? sanè qui hæc probè perpendit, non potest, quin proclamet prorsus insignem harum convenientiam esse Lingvarum. Sed En! voces quasdam convenientes.

אם mater emâ

הוּ pron. Demonstrativum, iste, Se.

הישי hiph. א בוש pudefacere *הא-  
וַאֲסָא*.

הולל insanus *hullu*.

הוּחַ vidit *caho*.

הוּיט ivit *jalka pes*.

Possent infinita ferè alia proferri, prolata etiam illa ego voluissem, nisi partim brevitate



tate temporis, partim facultatum angustia isto exclusus fuisset opere. Si ergo quis utriusque peritor lingvæ catalogum omnium vocum construeret, rem gratulatione faceret dignissimam. Ego interim alias heic aperiam rationes, nostram hanc sententiam probaturas. Est verò & id egregium in lingvâ Finnicâ, quod significatio conjugationum cum Ebr. quadrat. Etenim licet non audeam asserere omnes quatuor Conjugationes Ebræorum à Finnonibus frequentari, vel ut dicam clarius, unam vocem posse flecti in omnibus 4 conjugationibus, eundemque habere significatum; Id tamen tutò affirmo, in tribus prioribus Conjugationibus verbum finnicum flecti eadem cum verbo Ebræo significatione. E. G. נָשָׂא fecit, finnicè in Kal dicitur *tefi*; in Pihel *teffeli* i. e. *facitavit*; in Hiphil *teetti* i. e. *facere permisit*; *Ecce quam amica hic est harmonia!*

Porro concinnum atque memoratu dignissimum est illud argumentum, quod subministrat æqualis Pronominum & affixorum conditio, cum in utraque lingvâ & separabilia & inseparabilia dentur pronomina: Quorum aliqua quemadmodum sono convenire videntur, ita validiori stare talo hoc probè quis dixerit assertum. Atque ut hoc  
ipsum

ipsum cuius innotescat, sistam heic Schemata in utraque lingua; & quidem primò hoc schema pronominum separabilium:

<i>Sing.</i>		<i>Plur.</i>
אני miná ego,		אנחנו me nos,
אתה siná tu,		אתם te vos
הוא hán ille-a		הם he illi-æ,

Hinc vides, Lector Benigne, nonnulla & horum quoque consonare modo, ut præcipuè secund. & tert. pers. plurales. Quamvis a. nec pronominum omnium inseparabilium seu affixorum sonus quadret, ut tamen & Finnonibus sua esse affixa, indeque fluens lingv. convenientia pateat, sequetur jam Schema eorum tale:

<i>Sing.</i>		<i>Plur.</i>
ספרי firiani liber meus		ספירנו firiamme li- bri nostri,
ספרך firias liber tuus.		ספירכם firianne libri vestri
ספיריה firians li- ber ejus.		ספיריהם ((heidán) firians libri eorum.

*Supersedi heic adscriptione affixorum, nominibus, quæ vel singularis sunt numeri (plures tamen personas denotantia) vel pluralis*  
cum

cum unius personæ significatu, addi in Ebraeo solitorum, quandoquidem vidi illa suo modo cum his in schemate expressis coincidere, sciens pronomem aliquod separabile vel aliquam aliam particulam, distinctionis, quæ hic forte depræhenditur, fungi vice.

In hoc jam proposito Schemate posteriori luculentam habes convenientiam Lingv. Ebrææ ac Finnicæ, siquidem fini vocum utriusque lingvæ sua vides adposita affixa, extra enim illa vox utraqve est: פרו & firia. Præterea habes quoque quod mireris in persona singulari, ubi non simile tantum, sed idem prorsus utraqve in lingvâ adhibetur affixum. Quod quemadmodum à pronomine separato וני factum est, ita, quoniam affixum id Ebraicè tantum ו, finnicè verò ni sonat, facile quævis, propiorem affixi finnici cum primitivo convenientiam, perspecturum confido.

Simili modo verbis quoque Pronomina utraque in lingvâ suffigi solent. Sic e. g. וכלו ab כלו, edere me, finnicè vertitur & quidem verbotenus, syðdesäni. וכלך quod in c. 2. Gen. occurrit, edere te syðdesäs. וכלו edere eum, syðdesäns. In quibus similis positus affixorum, sensusque est idem. Imò si quis accu.



ratioti pensitaverit lance, depræhensurus' erit,  
 non in Ebræâ modò lingvâ post incrementû vo-  
 cis finâle mutari puncta, sed & in finnicâ. Exem-  
 plum præbet vox præcedens, in quâ inf. *šdy-  
 dâ/* addito affixo, ä in e/ ob commodiorem  
 prononciationem mutat, quod in aliis quoque  
 vocibus observare licet.

Nec minimi ponderis ad probandam con-  
 venientiam est illa ratio, quæ a simili de-  
 promitur poesi. Non enim secus Poeta E-  
 bræus ac etiam Finnicus Rhythmum seu so-  
 num in fine æqualem observat. Ac licet Fin-  
 nonibus antiquitus non nisi unicum Carmi-  
 nis fuerit genus, illud tamen, quia veram  
 indicat convenientiam, non est dubium, quia  
 facta rectaque hæc maneat sententia, præci-  
 pue cum runæ istæ antiquæ ( ad imita-  
 tionem enim runarum Sveo-Gothicarum  
 runoi appellatur ) eodem & fluant me-  
 tro, & ratione syllabarum sint Ogdo-  
 syllabæ, quod genus Carminis a Poetis Ebræis  
 frequentari vel ex Opitio constat. Exemplum  
 quidem Carminis Ebræi heic non adpono,  
 quippe cum aliunde id a quovis haberi pos-  
 sit, Distichon saltem quoddam Finnicum,  
 unde, quod monstratur, liqueat, adscripturus:

*Xina multa muistelemma/*

*Xrwosi ajartelemma/ etc.*

*S. e. Semper aliorum recordamur  
Futiliaque cogitamus.*

Sunt duæ hæ lineæ initium Carminis cu-  
jusdam, quo tota historia passionis Christi e-  
legantissimè tractatur, autore nescio quo;  
Rusticum sacrarum rerum peritum fuisse re-  
or, Cujus ordinis non pauci artis istius  
sunt callentissimi, imo, quod magis mi-  
randum, adeo expediti, ut ex tempore/ de  
quacunque materia suas & formare & canere,  
ceu ipsis mos est, queant runas: Quæ  
eo etiam nomine commendandæ veniunt,  
quod omnes fere voces cujusque versus ea-  
dem inchoantur litera, velut ex hoc quo-  
que disticho adnotato, præter Rhytmum,  
ista peculiaris Poetiæ finnicæ patet affe-  
ctio.

Præter hæc, quæ jam dicta sunt, videtur  
convenientia posse probari ex Idiotismis quibusdam  
syntacticis. Quemadmodum enim  
in ling. Ebræa, verbum, quod singularem  
habet significatum, nec honoris gratia in  
plurali numero usurpatur, prout in aliis  
lingvis utpote svecica &c. fieri solet, (quas-  
vis sæpe nomen plurale ob rei dignitatem ver-  
bo vel nomini singulari apud Ebræos jungatur)  
Ita Finnones, qui aliorum moribus non sunt  
imbuti, licet, & mutuo se prosequantur, ho-  
no-

nore, non in plurali, sed in singulari se invicem compellant numero. Quod vero plurimis in locis honoris & laudis causa pluralis jam frequentetur numerus, dum revera singularis est significatus, Id certe ab aliis nationibus huc se conferentibus traductum est.

Datur insuper in Finnica perinde ac Ebraea lingua pleonasmus quarundam vocum majorem ob Emphasin. Sic Ebraei, utpote carentes gradu superlativo, ut adjectivum aliquod superlativi habeat rationem, vel geminant positivum, vel addunt eidem vocem **וְאֵל**. Finnonibus licet gradus superlativus non desit, interim non raro aut iteratur positivus, ut **הַיָּמִין הַיָּמִין** i. e. optimus, vel augetur emphasis adhibito vocabulo **אִיֵּוֹן** quod eadem gaudet significatione qua Ebr. **וְאֵל**, fitque superlativus ita: **וְאֵל אִיֵּוֹן הַיָּמִין הַיָּמִין** valde bonus i. e. optimus.

Unicam adhuc addo rationem, quæ nec parum facit ad illustrandam hanc sententiam. Cuius vel aliqua ex parte cognitione Ebraea linguae imbuto, notum est, nullam vocem apud eos a duabus incipere consonis, quemadmodum nec ulla illis litera sine aliqua vocali, sive ea sit expressa, sive subintellecta exaratur. Eadem & Finnonibus ratione ra-



rissima ac forte nulla sunt vocabula à dupli-  
 ci incipientia consonante, ceu a Schrodero  
 etiam notatum est in Lexico quadrilingvi.

De vocibus autem illis, quæ Svecicæ vi-  
 dentur esse originis, ut Duomari & Domare  
 id tenendum esse existimo, sc. eas quidem an-  
 tiquitus Finnonibus non fuisse proprias, sed  
 hisce demum temporibus finnica esse donatas  
 civitate, quibus Finnones cum Svecis sub U-  
 no Rege amicè vixerant, linguamque Sveci-  
 cam sibi familiarem reddiderant, Quod hic  
 obiter notatum esto.

Hæc & plura procul dubio alia, quæ  
 jam occurrere nequeunt, sunt momentosa ma-  
 xime, maximamque linguæ Finnicæ & no-  
 bilitatem & cum Ebræa convenientiam ar-  
 guunt produntque: utrum verò non ideò pe-  
 culiaries sint linguæ, nulli ambigere necessum  
 est, cum planum sit, plura esse finnica vo-  
 cabula, quæ aliunde derivari nequeunt, quam  
 ea, quæ vel Ebræam vel Græcam, aliusve  
 linguæ originem sapere videntur.

*Lector qui paucas hasce legis lineas, fac  
 recorderis, nil & inchoatum & simul  
 perfectum esse posse.*

in



*D. Lund. 697. Cajanus*

# COROLLARIA

- I. *Syllogismus Triangulo eleganter comparatur.*
- II. *Essentiae rerum sunt aeternae.*
- III. *Terra cum aqua constituit globum,*
- IV. *Cujuscunque quadranguli quatuor simul anguli efficiunt quatuor rectas.*
- V. *Principia prima practica omnibus sunt nota.*
- VI. *Ethica, Politica atque Oeconomica Obiectum aliquatenus idem est.*

